DE OPERATIONUM PHYSIOPLASTICARUM INDICATIONIBUS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE V. OCTOBRIS MDCCCXXXII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST
AUCTOR

THEOBALDUS GIELEN.
STOLBERGENSIS,

OPPONENTIBUS:
O. S. DE BESSER, MED. ET CHIR. DR.
G. PEIFFER, MED. ET CHIR. DR.
E. CURTZE, MED. ET CHIR. DR.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

ILLUSTRISSIMO COMITI

IOSEP. CHRIST. ERN. LUDOVICO

MAJORI NATU COMITI REGNANTI STOLBERGAE, REGIO-PETRAE, RUPIFORTII, WERNIGERODAE ET HOHEN-STEIN, DOMINO DE EPSTEIN, MÜNZENBERG, BREU-BERG, AIGMONT, LOHRA ET KLETTENBERG ETC.

EQUITI ORDINIS REGII BORUSSICI DE AQUILA RU-BRA MAGNA ET ORDINIS EQUESTRIS JOANNAEI.

DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO

NEC NON

VIRO

AMPLISSIMO GENEROSISSIMO

CAR. FERD. DE *GRAEFE*,

ED. ET CHIRURG. DOCTORI, PROFESSORI MED. ET
HIRURG. P. O., PRAEFECTO MEDICOR. IN EXERCITU
DRUSS. SUPREMO, REGI A CONSILIIS INTIMIS NEC
ON A CONSILIIS RERUM MEDICINALIUM ET SANITA-
IS SUPREMIS, ACADEMIAE MEDICO-CHIRURGICAE MI-
TARIS ET INSTITUTI REGII FRIDERICO - GUILELMI
EDICO - CHIRURGICI DIRECTORI, INSTITUTI REG.
LINIC. CHIRUR. ET OPHTHALMIATR. DIRECTORI, OR-
INIS AQUILAE RUBRAE IN CLASSE SECUNDA EQUITI,
ULTORUM ALIORUM ORDINUM COMMENDATORI, DE-
URIONI ET EQUITI, COMPLURIUM SOCIETATUM LIT-
TERAR. SODALI,

PRAECEPTORI

SUMMA PIETATE COLENDO

AUTORI AC PATRONO EGREGIE DE SE
MERITO

HOSCE

JUVENILES LEVES CONATUS

DEVOTI GRATIQUE ANIMI TESTES

D. D. D.

AUCTOR

PRAEFATIUNCULA.

Jberrimos et chirurgiae et physiologiae polli-
ıtur fructus ars curta ad vivum restituendi,
ıjus restauratores Carpue et Generosiss. de
raefe optime de toto genere humano merue-
ınt. Nam, quamvis primo intuitu levior vide-
ur haec ars, cum exigua tantum externa vi-
ı, neque nobilissimas et ad vitae usum maxi-
e necessarias partes spectet, tamen summi ha-
nda est, et cum homines ob irreparabilia fa-
ɔi, animi speculi, damna e hominum concione
pulsos, huic reddat, et magis exculta etiam
aviora mala, nunc vix quodammodo emen-
ında, tollere polliceatur, omisso haud exiguo
ıctu, quem inde plastices animalis theoria ca-
at necesse est. Attamen, quamvis magno jam
mporis spatio inde a restauratione ejus prae-
rlapso, exiguos tantum vidimus hujus artis pro-
essus, nisi leves methodorum immutationes no-
sque methodos tales habere volumus. Prae-
ɔue in recentioribus de hac re auctorum scrip-

tis indicationes non vidi, secundum quas vel op ratio ipsa vel una alterave ejus methodus sus pienda sit, quamvis jam Generos. de Graefe opere suo vere classico uberius de iis agat. S cum plures nunc existant methodi, etiam larg de indicationibus sermo esse debet. In iis, qu sequuntur, nonnulla de indicatiouibus operati num physioplasticarum conferre conatus su Procul vero absum ab opinione, levia haec te tamina exhaurire hanc materiam, minime fa pertractandam. Legi modo academicae satis turus et a Generos. de Graefe, chirurgiae cu rum restauratore, qui multa de hac re beni ter mecum communicavit, adductus in hac m teria vires juveniles tentare volui. Huc acce quod Vir Generos. de Graefe ea, quae est mia ejus ergo me benevolentia pluries mihi p testatem operationes et privatim et in praxi nica ab Illo susceptas observandi fecit atq mihi ipsi unam perficiendi veniam dedit.

Itaque has primitias academicas, a tir adhuc imperito in lucem missas, indulgenti, L tores Benevoli, accipiatis mente atque erro humaniter excusetis.

De conditionibus, quae et jubent et vetant, operationes physioplasticas institui.

§. 1.

Non aptum visum est, hoc loco disserere, utrum omnino restitutio partium deperditarum organica instituti debeat, nec ne, quamvis nunquam chirurgiae curtorum deessent et hostes et irrisores, quorum calumniis impulsus jam Taliacotius tria operis capita defensione illius implevit [1]). Attamen oblivioni data et diu illusa cum denique rursus inventa et restaurata esset a viris de aevo suo meritissimis Carpue et Generos. de Graefe, imprimis beatus Klein se hostem illius praebuit [2]); quo quidem argumentis gravissimis convicto atque operatione ipsa felicissimo eventu sa-

1) Cf. Gasparis Taliacotii de Curtorum Chirurgia per insitionem Libri duo. Venetiis 1597. Lib. I. Cap. 20, 21, 22.

2) Cf. Heidelberger klinische Annalen. Band II., Heft I. S. 103.

I. F. Dieffenbach, Chirurgische Erfahrungen, besonders über die Wiederherstellung zerstörter Theile des menschlichen Körpers nach neuen Methoden. Berlin 1829. pag. 2.

tis defensa, nemo certe reperitur, qui eam fieri libere dubitet [1]).

Adhiberi igitur debent operationes physioplasticae iis in casibus, in quibus deperdita faciei aliqua parte deformitas orta est, quae simplicius, sicut methodo s. d. Celsiana, tolli non potest, quod saepissime accidit vel in nasi, vel genarum, vel labiorum defectu. Tum vero etiam illi status morbosi eas institui jubent, in quibus restitutione organica incommoda vel detrimenta amoveri possunt; qui sunt tissimum oris concretio e causa syphilitica vel herpetica, vel ex mercurii abusu, palpebrarum e gangraena jactura, tum forsan veli palati defectu, herniae mobiles.

Minime vero contendam, his tantum in casibus restitui posse partes deperditas; nam vastus hic p ingenio campus neque exhauriendi sunt casus, in quibus lobo cutaneo translato continuitas partium sublata restitui possit [2]).

---

1) Largam disquisitionem historicam continet:
I. C. Carpue an account of two successful operations for restoring a lost nosé from the integuments of the forehead. London 1816. Aus dem Englischen übertragen von Dr. H. S. Michaelis nebst einer Vorrede vom Ri Carl Graefe. Berlin 1827. Mit 5 Kpft. Cf. pag. 1 —
Neque minus:
C. F. Graefe Rhinoplastik oder die Kunst, den Verlust der Nase organisch zu ersetzen. Berlin 1818. Lat. I. F. C. Hecker. Berolini 1818. cf. Sect. II.

2) Perinaei quoque rupturas lobo cutaneo insito sanari posse, contendebat Dr. de Andrejewskiy, mihi amicissimus.

§. 2.

Sed quaeritur, num sint conditiones, quae prohibeant, quominus restitutio organica tentetur, quamvis et apta et optanda sit; et saepissime proh dolor illae occurrunt, neque dubito, quin totidem sint casus, in quibus variae rerum conditiones et jubeant eam adhiberi vetentque. His adnumeratur dyscrasia, nondum perfecte deleta, mala cutis conditio, sicut herpetica, nimis irritabilis [1]) atque callosa earum partium indoles [2]), quibus jungi debet lobus cutaneus. Adnumerem voluntatem aegroti infirmam, quae in infantibus operationem fieri plane vetat, interdum vero modo methodos alias, quam aptae fuissent, instituere cogit medicum. Tum etiam operationem instituì vetat, uti mihi visum est, discrimen inter commoda, quae sperat aegrotus et periculum, cui se submittere coactus est; nam minime negarem, lobo cutaneo e capillata capitis parte exciso, quod Carpue [3]) primum et tum Dieffenbach [4]) crebrius fecit, non exiguum e denudatione cranii periculum aegroto nasci, quamvis non desint eventus felicis exempla. Porro operationem perfici non posse quibusdam tempori-

---

1) Cf. Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker §. 9 et 10.

2) cf. Journal der Chirurgie und Augenheilkunde, herausgegeben von C. F. v. Graefe und Ph. v. Walther. Berlin 1821. Band II. Heft I, S. 10.

3) cf. Carpue an account etc. germ. ed. Dr. Michaelis. pag. 34. Carpue modo eam lobi cutanei partem, quae septum narium formaret, e capillata capitis parte desumsit.

4) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc. pag. 66, 82 et seq.

bus, quibus v. c. menstruatione, diarrhoea ceterisq[ue] profusioribus secretionibus in singula quaenam or-gana vis organismi formatrix derivata sit, mon[et] Graefe [1]).

Hae modo dictae rerum conditiones vel omnin[o] operationes physioplasticas institui vetant, vel cura[m] morborum, qui vitia defectus efficiebant, anteceden-tem requirunt, vel, quominus modo una alterave me-thodus fiat, prohibent, quae aliis rerum condition[i]-bus agentibus aptissimae fuissent, alias vero, qua[m]-vis minus aptas methodos non raro permittunt,

Morbi, qui omnino prohibent, quominus orga-nice restituantur partes deperditae, potissimum sun[t] Carcinoma, resorbtio ossium impetiginosa et spon-nea, quae quidem dyscrasiae secundum eum, q[ui] nunc est, medicinae statum nunquam perfecte dele-tur. Syphilis, Hydrargyrosis, Noma, Scrophulosis Gangraena contra modo dum durant restitutionem or-ganicam non permittunt, deletae vero minime ill[i] contrariae sunt.

Cognitu vero difficillimum est atque res vald[e] fallax, an exstincti sint morbi illi, nec ne. Signum quod exstat, certissimum, a Generos. de Graefe in-ventum, incisiones probatoriae porrigunt, quae pe[r] primam intentionem sanatae, dyscrasiam evanuiss[e] demonstrant.

---

1) cf. Graefe Rhinoplastice. lat. ed. Hecker. §. 10.

De Rhinoplastices indicationibus.

§. 3.

Priusquam aggrediar ad statuendas Rhinoplastices indicationes, causas, quae nasi efficiunt defectus, brevibus recenseam. Variae enim causae varia etiam defectus genera variasque trunci formas provocant, quae unam alteramve methodum institui requirunt. Ita plerumque jam causa methodum indicare mihi videtur.

Si primum mechanicas percurrimus causas, frequentissime videmus et in bello et in certaminibus singularibus gladio nasi partem aliquam abscindi et quidem semper fere partes ejus inferiores, vel acumen nasi, vel alam unam alteramve, vel totam partem dimidiam inferiorem una cum septo cartilagineo perdi. Rarissime tantum totus nasus gladio abscindi potest, nam ossa ejus quamvis parva et tenuia tali gaudent firmitate, ut ictus in ea incidentes vulnera modo efficere neque totum nasum dirimere queant. Idem valet de barbaro usu, sive condemnatis sive hostibus nasum abscindendi, quem non Indi solum, sed proavi nostri etiam sequebantur. Vulnera sclopetaria contra certe omni modo nasum truncare possunt, sed ob commotionem, quam ossibus tactis provocant, tam perniciosa sunt, ut modo ea, quae tantum molles nasi partes abripiunt, spem partem deperditam restituendi non plane vanam reddere mihi videantur. Morsibus ferarum vel hominum saevientium etiam modo inferior nasi pars perditur atque

alia vulnera modo chirurgicam curam neque operationem requirunt.

Non tam raro occurrunt nasi defectus e causa chemica aliqua exorti. Ante hos annos duos in itinere Göttingae hominem vidi, qui in laboratorio metallurgico in aes liquefactum tota facie inciderat. Nasus fere omnis combustus erat, ectropia exorta erant atque omnis faciei cutis inflammatione indolem callosam acceperat, quae omnino restitutionem nasi organicam impediret. Ita se rem fere ubique habere, ubi via chemica pars aliqua deperdita sit, crederem atque hac e causa partes amissas organice restitui posse hisce in casibus valde dubito.

Alias vero et quidem frequentissimas causas suppeditant morbi peculiares, quibus proprium est nasum destruere. Syphilis et Hydrargyrosis ossa praecipue corripiunt et superioris nasi partis collapsum efficiunt. Scrophulosis contra partem inferiorem, cartilagineam nempe, corripit atque obtusum efficit nasum. Noma frequentissime alas nasi et Herpes exedens acumen ejus consumit. Praeterea etiam morbi modo dicti, excepto forsan Nomate, si vehementissimum nacti sunt gradum, vel si vulnera superveniunt, totius nasi etiamque ossis ethmoidei, vomeris concharumque jacturam non raro adducunt. De Carcinomate et resorbtione ossium impetiginosa jam dixi atque monui, nasum inde curtum restitui haud posse. Carcinoma vero s. d. cutaneum interdum non contrarium est restitutioni organicae, si modo post exstinctionem ejus sana cicatrix exorta est.

§. 4.

De Andrejewskiy respectu habito partium, quae nasum constituunt, deperditarum et secundum formam trunci variam varias nasorum curtorum species numerat [1]). Mihi non inutile visum est, e causis derivare formas varias atque sequentem proponere curtorum nasorum divisionem.

I. Nasus vi mechanica truncatus, cui

a) vel acumen,

b) vel ala una alterave,

c) vel tota inferior pars una cum septo cartilagineo deest.

II. Nasus vi chemica truncatus, cujus

a) vel integumenta modo cutanea,

b) vel ossa etiam et cartilagines corrosa sunt.

III. Nasus dyscrasiis truncatus.

a) Syphilis vel Hydrargyrosis modo ossa nasi corripuerant, unde superior pars ejus collapsa est.

b) Syphilis vel Hydrargyrosis non solum ossa nasi, sed etiam os ethmoideum, vomerem, conchas etc. devoraverant; unde nasus omnino collapsus est.

c) Scrophulosis septum cartilagineum corripuerat, unde nasi anterior pars collapsa est.

d) Caries scrophulosa ossa nasi consumserat, unde nasus perforatus exortus est.

e) Caries scrophulosa ossa nasi, os ethmoideum, vomerem, conchas etc. una cum integumentis cuta-

---

1) Generos. de Graefe hancce divisionem truncorum nasi benigniter mecum communicavit. In uno sequentium Diarii illius fasciculo largius de ea sermo erit.

neis consumserat, unde nasi defectus totalis exortus est atque magnum patet antrum crateriforme.

f) Noma unam alteramve alam nasi consumserat, unde nasus nimis acutus exortus est.

g) Herpes exedens acumine nasum privaverat, unde obtusus nasus existit.

De methodis curtum nasum restituendi.

§. 5.

Quatuor sunt methodi, secundum quas nasi vario modo curti per insitionem partis cujusdam organicae ad vivum restitui possunt, et quidem:

I. Methodus indica prima, secundum quam lobus cutaneus e remota corporis parte desumtus atque omni unione organica destitutus parti curtae jungitur.

II. Methodus indica secunda, secundum quam lobus cutaneus e parte vicina desumtus usque ad perfectam concretionem stria cutanea nutritur. Quadruplex est haec methodus ratione habita faciei partis, quae dat propaginem, utrum vertex, an frons, an genae, an labium superius.

III. Methodus italica, secundum quam lobus e brachii cute desumtus, usque ad perfectam concretionem stria cutanea nutritus, obductus nova cute naso curto affigitur.

IV. Methodus germanica, secundum quam lobus cutaneus, quoque e brachii cute desumtus usque ad coalitum stria cutanea nutritur atque statim, nondum orta ejus cicatrisatione, parti jungitur curtae.

De iis rerum conditionibus, quae methodum indicam primam institui jubent.

§. 6.

Quamvis multa circa coalitum partium a reliquo corpore prorsus disjunctarum experimenta et in hominibus et in animalibus instituta plerumque infelicem probaverint eventum, [1]) tamen experientia minime raro docuit, nasi acumen prorsus abscissum

---

1) De hisce experimentis cf:

D. C. Th. Merrem animadversiones quaedam chirurgicae experimentis in animalibus factis illustratae. Giessae 1810. Auctor experimentis demonstravit in animalibus institutis, os modiolo ex cranio exemtum atque repositum rursus coalescere.

v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band II., Heft IV. Berlin 1821. de Walther et in cane et in homine bono eventu idem instituit experimentum.

J. H. F. Wiesmann de coalitu partium a reliquo corpore prorsus disjunctarum. Lipsiae 1824. 4. Opus hoc praemio ornatum uberrimum continet penu experimentorum et ab aliis et ab auctore institutorum. In XXIII experimentis circa cutis prorsus sejunctae coalitum modo duo prosperum habebant eventum.

C. F. Graefe's Jahresbericht über das chirurgisch-augenärztliche Institut zu Berlin. 1819. pag. 4 et 41.

v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band II. Berlin 1821. Heft 1, pag. 2. Omnia experimenta a Jüngken, praeside de Graefe, instituta in animalibus vana erant. Experimentum a Graefe in homine institutum etiam non prospero coronatum est eventu.

J. F. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen. Band II. Berlin 1830. pag. 150 et seq. Experimenta ab auctore instituta plerumque vana erant, exceptis nonnullis, quae partim prosperum habebant eventum.

cet. rursus coalescere, [1]) atque Indorum mos, q illa methodo ex antiquissimis temporibus ut dicu prospero eventu usi sunt, [2]) neque minus memor bilis illa et unica restitutio nasi labiique superior e cute femoris a Büngèr [3]) instituta satis demo strant, hancce methodum vere fieri posse.

Cum vero spes, restitutionem organicam prospe cessuram esse, in hac methodo minima sit [4]) sive indole ipsius rei, sive quod optima operationem pe ficiendi ratio et cura propaginis nondum satis c gnita sit, modo iis in casibus hanc methodum ins tui debere puto, qui omnibus aliis methodis invin bilia objiciunt impedimenta neque omnino operat nem fieri vetant. Tales mihi quidem mala faciei brachii utriusque cutis, ut herpetica, nimis irritabil (vulnerabilis) indoles et defectus nimius, quam qui brachii cute restitui possit, esse videntur. Et herp tica cutis indoles et nimius cutis defectus concurr bant in casu illo supra memorato, in quo Büng operationem instituit. Uberrimi fortasse ex hac m thodo fructus omni arti curta organice restituendi sp

---

1) cf. Graefe Rhinoplastice. lat. ed. Hecker §. 8.

2) cf. v. Walther über die Einheilung der austrepan ten Knochenscheibe. Im Journal der Chirurgie und A genheilkunde. Berlin 1821. Band II. Heft IV. pag. 582

3) cf. Schreger's Grundrifs der chirurgischen Oper tionen. Nürnberg 1819. pag. 79 et 80.
v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band II. Heft pag. 2. et Journal etc. Band IV. Heft IV. pag. 569 et se

4) cf. Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker §. 8.

ndi sunt, quam ob rem magis eam respici valde tandum est.

De methodi indicae secundae indicationibus.

§. 7.

Quamvis maxima sint neque despicienda hujus ethodi incommoda, uti dehonestans frontis cicatrix, riculum quod ex cranii denudatione aegroto minar, indoles saepissime haud apta ad translationem tis frontis atque forma nasi hac methodo restituti ro pulchra, quorum causa jam inferiorem tenet lom haec methodus; tamen ob minorem, quam requi-, chirurgi dexteritatem aliasque ob causas fere unica t, quae frequentius exercetur. Dieffendach [1]) imo edit, nasi e brachii cute formandi methodos mox nic cessuras esse et quidem praecipue ob majores lores, quibus se submittat aegrotus necesse est. tamen fere quemquem aegrotum lubentissime mares pati dolores crederem, ut modo deformem illam dehonestantem frontis cicatricem evitet. Medicos ero majora hujus methodi emolumenta certe semper l perficiendam eam illicebunt. Praeterea cutem achii ad restituendum nasum minus aptam esse, ntendit Dieffenbach, quia color lobi cutanei faei colori non respondeat. [2]) Varium vero colorem

---

1) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc. pag. 7 et 178.

2) Taliacotius contra affirmat, frontis cutem non apm esse ad translationem. cf. Taliacotii de curtorum chirgia per insitionem libri duo. Lib. I. cap. 13. pag. 47. Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker. §. 14. p. 17.

se immutare, experientia docet. Nasum e brach cute formatum interdum magis obtusum fieri, n est, quod negem, plane vero corrugari rarissime cer accidit. Causam vero hujus phaenomeni non stratu adipis infra cutem positum, quod resorbeatur, supp ditare potest, ut Dieffenbach credit, cum hoc accun tissime a cute sejungatur, et quidem jam ea ex cau ne suppuratio intret; sed potius nutritio lobi imp fecta secundum meam opinionem est accusanda, qu vero multo rarius, quam hypertrophia ejus aliq tempus post operationem intrat.

Quod vero attinet ad certamen, utrum nasus ex illa, vel ex hac corporis parte conformatus pl minusve pulchritudinis accipiat, secundum eum nunc est, Rhinoplastices statum ultra limites a progredi mihi videtur. Nunquam naturam aequan in tentaminibus nostris plasticis et nunc modo m thodi casui dato aptissimae eligendae sunt. Omnib vero in casibus, in quibus methodus germanica italica adhiberi non possunt, indica instituatur n cesse est. Nam ubinam permittunt variae rer conditiones, propaginem e brachii cute sumi, haec methodus secundum ejus, quam infra demonstrare nabor, praestantiam prae ceteris eligenda est. H praecipue valet de quibusdam nasi curti specieb quae secundum quamvis methodum restitui possu

§. 8.

Quod attinet ad methodum, lobum cutaneum verticis cute conformandi, jam supra memoravi, n jus adducare aegroto periculum, quam quod jure

edicus uti possit. [1]) Docet enim omnis aevi expe-
entia, denudationes cranii eo majus minari pericu-
m, quo altiorem ejus partem contigissent. Capilli
ntra non impediunt, quo minus lobus cutaneus e
pillata capitis parte sumatur, nam tenuiores modo
nascuntur atque iterum iterumque evulsi mox plane
sparent, quod quidem demonstrant operationes a
effenbach institutae. Cicatricis frontis vero defor-
is gratia propaginem e vertice sumere non suffi-
ens esse causa mihi videtur, cum nihilominus cica-
x, quamvis tenuis, turpis tamen, e stria cutanea
trienti oriatur. Magis necessaria haec methodus
frontem nimis compressam videtur, quae in resti-
one organica totius nasi non satis magnum lobum
ppeditat. Hisce vero in casibus ad evitandam pe-
culosam illam operationem proponerem, superio-
m nasi conformandi partem e fronte, inferiorem
ntra e brachii cute sumere, si totus lobus cutaneus
brachio formari non potest. Duplex inde exorta
eratio me non deterreret, nam satis notae sunt
olestae illae operationes secundariae, quae aliis in
sibus necessariae sunt.

---

1) Taliacotius in capite decimo quarto libri primi ope-
sui haecce habet:
„Haud secus convenit et prudentis medici officium est,
„ne quam una in parte notam deleat, eam turpitudinem
„aliis inurat. Petenda itaque est haec refectio eo ex
„loco, qui quam minime oculis pateat et pro libitu ab
„scondi queat, atque quod caput rei est, ut ipsa opera-
„tio secura sit et quam levibus, imo ne ullis quidem
„periculis obnoxia."

§. 9.

Vetustissima contra methodus indica, secun- quam nasus e frontis cute restituitur, saepissime in- tuatur necesse est et quidem illis in casibus, in qui

I. Syphilis vel Hydrargyrosis modo ossa corripuerant, unde superior pars ejus collapsa es

Facillime talis deformitas lobo cutaneo e fro cute desumto tollitur. Non optima vero saepiss inde oritur forma nasi, cum pars translata fere per nimis promineat et circuitus ejus incisuris s cumdatus sit. 1)

II. Caries scrophulosa ossa nasi consum- unde perforatus nasus exortus est.

Haec quoque turpissima faciei nota facil

1) Fortasse hacce, quam proponam methodo m forma efficeretur. Cutem partis collapsae incisione pendiculari in duos lobos dividerem, quos intra p collapsae limites a vicinis partibus prorsus libera Tum infra hos lobos cutaneos parvam propaginem e fr desumtam ponerem et cum lobis illis sutura circumvo jungerem. Similem methodum, qua totus lobus cuta infra hos lobos positus hisce plane obtegitur, Dieffen exercuit. (Cf. ejus Chirurgische Erfahrungen. IIte A Berlin 1830. pag. 104 et seq.). Forte etiam lamella a infra lobos posita, hisque per suturam circumvolu unitis, deformitas illa tolli posset. Feliciorem ex ho mellarum aurearum usu spero eventum, quam ex quem Galenzowski et Rust ad formam nasi restituti liorem reddendam, proposuerunt. (cf. Heidelberger An Band II., Heft I. pag. 103. v. Graefe u. v. Walther nal etc. Band XII. Heft IV. pag. 643 et 644.) Haec, proposui, experimenta, multis in casibus certe effici possunt, quia haud raro vel cutis ipsa degenerata est, nimis firmiter cum ossium reliquiis cohaeret.

nethodo indica tolli potest, nisi jam sufficiat methodus sic dicta Celsiana.[1])

III. Caries scrophulosa ossa nasi, vomerem, conchas cet. una cum integumentis cutaneis exederat, unde nasi defectus totalis exortus est atque magnum patet antrum crateriforme.

IV. Syphilis vel Hydrargyrosis non solum ossa nasi, sed etiam vomerem, conchas cet. devoraverat, unde nasus omnino collapsus est, servatis tamen integumentis ejus cutaneis.

Totum nasum restituendum esse, raro tantum accidit et tum inter difficillimas numerandum est operationes. Tamen haec operatio saepius a Dieffenbach instituta felicissimo coronata est eventu.[2])

Ubinam restant integumenta cutanea, quae vero ob ossium defectum collapsa sunt, ad haec protatenda peculiarem invenit Dieffenbach methodum,[3]) multis in casibus aptissimam, quae vero potius illis

---

1) cf. Schreger's Grundriſs der chirurgischen Operationen. Nürnberg 1819, S. 82. — v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band II., Heft I. Berlin 1821. pag. 6. — Rust, Neue Methode, verstümmelte und durchbrochene Nasen auszubessern. vid. ejus Magazin der Heilkunde. Band II, St. III. Berlin 1817. — C. Celsi de medicina libri octo. VII., 9. — Galen. 14. Mat. med. 18. —

2) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen. II. Abth. Berlin 1830. pag. 67 et seq., 72 et seq. Equidem in nosocomio Caritatis Besolinensi bis vidi, totum nasum, exulceratione scrophulosa deperditum in duobus pueris a Cel. Dieffenbach optimo successu e frontis cute restitutum esse.

3) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc. Berlin 1829. pag. 7 et seq.

operationibus adnumeranda est, quas jam antiquissimis temporibus exercuerunt Celsus, Galenus, Paulus Aegineta, [1]) quam physioplasticis, traducto lobo cutaneo effectis.

Hae potissimum sunt conditiones, quae ad lobum cutaneum e frontis cute sumendum provocant. Sed etiam quae vetant, hoc fieri, non raro occurrunt. Non semper enim satis valida, mobilis atque omnibus morbis cutaneis libera reperitur frontis cutis, quae contra saepissime laborat exanthematibus, pustularum lymphaticarum frequentibus eruptionibus, nimia irritabilitate atque ad suppurationem proclivitate, duritie nimia ex inflamationibus crebrioribus orta atque denique haud raro vel nimis tenuis, vel nimis crassa invenitur. Qualiscunque haec indoles cutis vel omnino prohibet, quominus lobus cutaneus e fronte sumatur, vel eventum institutae operationis valde dubium reddit, vel formam nasi restituti modo perperam pollicetur. [2]) Rugas frontis non impedire, quominus operatio fiat, monet Dieffenbach. [3])

§. 10.

Genarum cutem primus Dieffenbach ad conformandam novam nasi alam adhibuit. [4]) Eventus vero experimentorum, quae instituit, non plane prospere cedebant ob peculiarem genarum cutis haud aptam

---

1) vid. supra.

2) cf. Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker §. 17.

3) cf. Dieffenbach l. m. l. II. Abth. p. 66.

4) cf. Dieffenbach l. m. l. II. Abth. pag. 27.

l transplantationem indolem. Quae cum ita sint, odo iis in casibus, in quibus ala neque e brachii ɔque e frontis cute restitui potest, hac methodo uti s esse videtur. Ubinam hae conditiones intrare ɔssint, infra dicam.

§. 11.

E labio superiori partem nasi aliquam deperdin primum restituerunt Astley Cowper, Liston et m Dieffenbach [1]). Hac methodo uti possumus ad stituendum septum cutaneum, quod ulceribus syiliticis cet. deperditum est atque iis in casibus, non :o occurentibus, in quibus, naso vel e frontis, vel brachii cute formato, lobus cutaneus non ex toto aluerit et pars ejus ad septum restituendum destita gangraena prorsus consumta fuisset.

§. 12.

Jam ad eam, qua e brachii cute conformatur na-s, methodum provenio, quae, ut supra memoravi majorem ejus praestantiam ubique adhibeatur nesse est, nisi variae rerum conditiones eam fieri ɔrsus vetant. Praestat vero haec methodus ceteris nnibus ob majorem cum scopo convenientiam, cum itetur turpissima illa frontis cicatrix, medici vestinm nunquam delendum, neque sublata faciei una pitudine alia ipsi inuritur. Evitatur porro cranii nudatio nunquam periculi expers, quod summi cenidum esse, haud dubito. Nam qualis quantaque Rhinoplastices dignitas, tamen talis pretii haberi

1) cf. Dieffenbach l. m. l. pag. 22.

non potest, ut vitae periculo jure submitti deb aegrotus. Attamen magna huic methodo facta su opprobria, quod et aegroto et medico molestior s Jam supra de hac re dixi atque nunc quaestione addo, quid praeferendum esse medicus censeat, utru periculum vitae, an molestiae, quamvis non exigua Respectu earum, quibus aegrotus se submittit, plura vidi et tolerari et tolerari posse et illae, quas me cus init, hancce suscipiens methodum, non om deterrere, praecipne, omissis aliis, Benedict demo stravit, qui eam felicissimo eventu exercuit [1]).

Quae cum ita sint, eo magis dolendum est, n raro occurrere etiam conditiones, quae hanc meth dum fieri prorsus vetant. Nam sicut frontis, ita eti brachii cutis interdum haud apta ad translationem a paret, sive quia nimis tenera et tenuis, sive cicat cibus obducta, sive morborum cutaneorum haud e pers sit.

Ea vero varia nasi curti genera, quae potissimu cutis e brachii translationem requirunt, haec potiss mum sunt:

I. Nasus vi mechanica truncatus, cui

a) vel acumen,

b) vel ala una alterave,

---

1) cf. Fr. W. G. Benedict Beiträge zu den Erfahrunge über die Rhinoplastik nach der deutschen Methode. Neb IV Tafeln in Steindruck. Breslau 1828. Vestimentum ap etiam commutavit (cf. pag. 39 et seq. et v. Graefe u. Walther Journal cet. Band XII., Heft IV. pag. 636 et seq et loco bacillorum ligatoriorum filis usus est discoloribu (cf. pag. 8. Journal etc. a. a. O. pag. 631.)

c) vel tota pars inferior una cum septo cartilagineo deest.

II. Scrophulosis septum cartilagineum corripue- unde nasi anterior pars collapsa est.

III. Herpes exedens acumine nasum privaverat, le obtusus nasus exortus est.

IV. Noma unam alteramve nasi alam consumse- unde nasus nimis acutus apparet.

Quod attinet ad alae nasi e brachii cute confor- ionem, haec praecipue ultimo in casu, mox re- sito adhibenda est. Plerumque enim major est s, Nomate consumatae, defectus, quam qui com- le e genarum cute, ad translationem ob tenerita- vix idonea, restitui possit, omissa turpi genarum trice, quae inde oriri debet. Quod si vero parva um pars alae gladii ictu etc. amissa est, hanc modius e genarum cute restitui posse credo. Hoc lo praeterea ala reficienda est, repugnante trans- oni cutis brachii indole [1]). E frontis cute contra n modo iis in casibus restituendam esse credo, quibus pariter et brachii et genarum cutem adhi- vetant conditiones rerum. Nimia enim hac me- lo oritur cicatrix neque levis momenti habenda ossium nasi denudatio [2]).

In casibus modo recensitis et italica et germa- methodus adhiberi possunt. Sunt vero variae litiones, quae ad unam alteramve, potius eligen- provocant.

---

1) Vid. supra.

2) Cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen. II. Ab-. Berlin 1830. Pag. 28 et seq.

Germanica enim methodus, harum praestantissi quae optimam nasi restituti formam pollicetur nec nimis longum temporis spatium requirit, ubique ad beri non potest, cum faustissimae conditiones con niant necesse sit, si bonum sperare volumus ev tum. Nam et totius corporis et praecipue bra cutis perfectam sanitatem sibi exposcit, qua deficie italica methodus praeferenda est, nisi ad indi confugere hae vel illae rerum conditiones medi cogunt [1]).

De Otoplastices indicationibus.

§. 13.

Aurem deperditam excisa aure alius hominis cundum morem Indorum restituere [2]) indignum tioribus nostris temporibus apparet; e vicinis v partibus novam aurem conformare secundum Ta cotii methodum et inutile esse et inexplicabili la rare difficultate, monet de Graefe [3]). Partes v auris tantum parvas ad vivum restitui posse, Dieff bach casu singulari felici eventu coronato demonst vit [4]). Quam ob rem haec operatio omnibus in sibus, in quibus modo exigua auris pars deperd

---

1) Largius haecce exposita invenies in:
Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker §. 60 et §. 110

2) Cf. Gazette de Santé. Paris 1817. N. IX. Hu land Journal. 1817. 5. pag. 108.

3) Cf. Graefe Rhinoplastice etc. §. 12. pag. 12.

4) Cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen. II. theil. Berlin 1830. pag. 116 et seq.

, neque variae rerum conditiones restitutionem anicam fieri, prorsus vetant, efficienda esse mihi etur.

De Meloplastices indicationibus.

§. 14.

Generos. de Graefe primum suscepit, e frontis e secundum methodum indicam magnum genae ectum e complexu Syphilidis, Scrophuloseos et drargyroseos exortum ad vivum restituere et qui- n optimo cum eventu [1]). Ad efficiendam hanc rationem frontis, genarum, nuchae, colli et bra- cutis adhiberi potest atque omnes, quae in Rhi- lastice valent, etiam hic observandae sunt indi- ones. Tamen etiam genae defectum e brachii e ubique restituendum esse ob majorem hujus me- di praestantiam, si modo ceterae rerum conditio- non contrariae sint, non est, quod memorem.

De Chiloplastices indicationibus.

§. 15.

Taliacotius artem, labia amissa e brachii cute ad um restituendi, describit [2]). Generos. de Graefe undum hanc methodum infelici eventu labium graena metastatica amissum restituere conatus

1) Cf. v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band II., t 1, Berlin 1821. pag. 14 et seq.

2) Taliacotii de curtorum chirurgia. Lib. II., cap. C, pag. 86.

est [1]). Tum in Clinico chirurgico-ophthalmiatrico bium Nomate deperditum e colli cute restituit, interfui operationi. Sed etiam hoc in casu m pars translati lobi coaluit. In utroque aegroto p tes, quibus affigebatur lobus cutaneus ex inflam tione callosam acceperat indolem. Genarum cut adhibuerunt Davies et Dieffenbach [2]).

Minores labiorum defectus vix transplantati sanandi sunt, cum fere semper sufficiat operatio, labium leporinum conjungitur. Majores vero m thodo italica aptissime sanantur, cum in hac lo cutaneus firmitatem atque densitatem necessariam cipiat. Si vero de hac methodo ob malam cutis b chii indolem aliasque ob causas prorsus desistendu est, indicam sequatur medicus necesse est. Cae rum omnes conditiones, quae prohibent, quomi pars deperdita aliqua ad vivum restituatur, etiam C loplasticen fieri vetant. Praecipue hic occurrit n mia densitas et callositas marginum, quibus affigi d bet lobus cutaneus, quae omnino operationem fi vetat [3]).

Chiloplasticae etiam adnumeranda est opera ad aperiendum os connatum et ad dilatandum os arctatum. Ea vero methodus, quam Rudtoffer [4])

---

1) Cf. v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Band Heft I. p. 10.

2) cf. Grossheim operative Chirurgie. Berl. 1830 S. 2

3) cf. v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Bd. II. H I. pag. 13.

4) cf. Rudtorffer Abhandlung über die einfachste u

üger-Hansen adhibuere, non huc referenda est, l potius conformatio labiorum, tranplantatione innae oris cutis effecta, quo modo evitatur, rursus alescere labia: Primum hancce saluberrimam operionem instituit Werneck [1]) atque tum Dieffench. [2]).

Indicata vero est haec operatio, ubinam fieri pot neque repugnat callosa indoles membranae oris ernae. Cum vero cognitu difficillimum sit, utrum sit talis membranae mucosae conditio, nec ne, ubie tentetur operatio necesse est.

De Blepharoplastices indicationibus.

§. 16.

Palpebram inferiorem, blepharophthalmitide eryelatosa in gangraenam abeunte amissam e genae e restituit Generos. de Graefe [3]). Tum Dzondi, icke, Knispel instituere hanc operationem, quae licata est in partiali vel totali palpebrae defectu, l e vulneribus, vel ulceribus, vel gangraena orto, n quoque in nimio ectropii gradu, quo in casu am conjunctiva palpebrae ad externam ejus super-

---

herste Methode, eingeklemmte Schenkel- und Leisten iche etc. Bd. II. pag. 478.

1) cf. v. Graefe u. v. Walther Journal etc. Bd. XIV. ft II. Berlin 1830. pag. 202 et seq.

2) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc. Ber. 1829. pag. 40 et seq.

3) cf. Graefe Rhinoplastice lat. ed. Hecker. §. 12. g. 13.

ficiem transplantari potest, ut Dieffenbach pluri optimo cum eventu fecit [1]). Cum vero mala in oriatur cicatrix modo iis in casibus, in quibus de c tis translatione desistendum est ob malam ejus ind lem cet. suscipi debet. Quae vero omnino restit tionem organicam fieri vetant, etiam hic valent. A numeranda insuper videtur ophthalmia aliqua c quae dum durat, operationem differre jubet.

§. 17.

Hi principales sunt casus, in quibus ars, c ad vivum restituendi adhiberi potest. Jam su dixi, multos alios occurrere posse, qui lobi cuta transplantatione tolli possint. Tentata etiam restitutio organica veli penduli a Dieffenbach sed sine successu, corneae a Moesner, [3]) quoque i felici eventu, tum scroti, [4]) praeputii, [5]) urethr perforatae [6]) cet., herniarum mobilium cura a Dzondi. Tum dentium transplantatio, repositio ossis modio e cranio exemti felici eventu saepius instituta est. Quod attinet ad indicationes harum operationum, a

1) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen. Abth. pag. 126 et seq.

2) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc. Be lin 1829. pag. 49 et seq.

3) cf. Grofsheim operative Chirurgie. Berl. 1830. p. 26

4) cf. Dieffenbach L. m. I. Abth. II. pag. 137 et seq.

5) cf. Dieffenbach L. m. I. Abth. I. pag. 54 et seq.

6) cf. Dieffenbach L. m. I. Abth. I. pag. 91 et seq.

7) cf. Grofsheim operative Chirurgie. p. 263.

8) vid. supra.

ıe valent, de quibus in Rhinoplastice sermo fuit,
ıt secundum eum, qui nunc est, hujus artis statum
ɔndum satis perscrutatae esse possunt. Usque ad
ərfectam earum cognitionem ubique tentandae
ınt restitutiones organicae, si modo aliqua spes fe-
ɔis eventus non plane deest, neque generales, quae
ıs fieri vetent, condititiones adsunt. De cura fistu-
e stercoreae per lobum cutaneum insitum, quam
ollier [1]) et Dieffenbach tentavere, neque minus de
cerum prominentium per cutem e vicina parte de-
ımtam obductione [2]) prorsus desistendum esse puto
: quidem illic ob perpetuum faecum cum lobo con-
ctum, qui unionem impedit et hic, quia ulcera pro-
inentia remediis therapeuticis, vel, ossibus denuda-
s, horum resectione sive exarticulatione perfecte sa-
ari possunt.

---

1) cf. Grofsheim operative Chirurgie.

2) cf. Dieffenbach Chirurgische Erfahrungen etc.
bth. II. pag. 141 et seq.

VITAE CURRICULUM.

Ego Theobaldus Gielen, confessioni addictu[s] catholicae, d. XXVI. m. Martii a. MDCCCI[X] Bodungiae majori, comitatus Hohensteiniensis vic[o] natus sum. Parentes veneror Carolum Philippu[m] Aloysium, medicinae doctorem, Illustriss. Comiti de Stolberg-Stolberg medicum aulicum nec non fo[ren]rensem, et Joannam e gente Franke, quos adhuc mihi servavit Deus. Primis litterarum elementis e[t] privatim et in Lyceo Stolbergensi imbutus anno MDCCCXXV Gymnasium Nordhusanum, tum directore Ill. Kraft florens, adii, quod per duos frequentavi annos. Testimonio maturitatis academicae instructus anno MDCCCXXVII Berolini civium Instituti regii medico-chirurgici Friderico-Guilelmi numero adscriptus sum et per quadriennium academicum virorum illustrissimorum et celeberrimorum praelectionibus et exercitationibus clinicis

ıisce interfui: Ill. Wolff de hodegetice, logice et psychologia; Ill. Link de historia naturali, botanice et toxicologia; Cel. Schulz de botanice et materia medica; Ill. Lichtenstein de zoologia generali; Cel. Wiegmann de amphibiorum et Ill. Klug de insectorum historia naturali; Cel. Kranichfeld de anthropologia; Ill. Turte de chemia, pharmacia et physice; Ill. Hermbstaedt de pharmacia et chemia; Ill. Rudolphi de anatomia corporis humani, de anatomia foetus humani et organorum sensuum, de physiologia, de entozoorum historia naturali nec non de medicinae methodologia et encyclopaedia; Beat. Knape de osteologia, splanchnologia et syndesmologia; Cel. Eck de physiologia. Ill. Rudolphi et Beat. Knape ad artem cadavera rite dissecandi me instituerunt. Ill. Horn de pathologia speciali et de syphiliticis vesaniisque morbis; Cel. Casper de arte formulas medicas concinnandi et medicina forensi; Ill. Osann de materia medica; Ill. Fr. Hufeland de pathologia generali, semiotice, therapia tam generali quam speciali; Ill. Kluge de fascias imponendi arte, de ossium fracturis et luxationibus, de chirurgia generali et arte obstetricia nec non de akiurgia, exercitationibus in cadavere institutis illustrata; Ill. Rust de

chirurgia universali; Cel. Jüngken de ophthalmiatrice disserentes audivi. Clinicen ophthalmiatricochirurgicam moderante Generos. de Graefe, chirurgicam duce Ill. Rust, policlinicen ducibus Per-ill. C. W. Hufeland, Ill. Osann et Cel. Busse, medicam Ill. Bartels et Cel. Wolff ducibus, ophthalmiatricam denique, cui praeest Cel. Jüngken, frequentavi.

Quibus studiis peractis, per annum integrum in nosodochio caritatis Berolinensi inferioris medici munere functus sum.

Jam vero tentaminibus philosophico et medico nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine absolutis, fore spero, ut dissertatione a me conscripto, thesibusque adjectis rite defensis, medicinae et chirurgiae summi honores in me conferantur.

Quibus factis, Postampium, ut medici militaris officiis satisfaciam, me conferre jussus sum.

THESES.

I.

Rhinoplastices germanicam methodum ceteris longe praestare.

II.

E verticis cute nunquam nasum restituendum esse.

III.

Morbos infantum facilius esse cognoscendos et curandos, quam adultorum.

IV.

Jodinium optimum esse remedium in morbis ossium e dyscrasia scrophulosa exortis, in atrophia mesaraica neque minus in salivatione.

V.

Singulares esse oculi morbos.

VI.

Oculorum morbos ex mera autopsia non semper rite dijudicandos esse.

VII.

Sectionem in operatione cataractae deorsum potius, quam sursum gerendam.